





1749.

1. Hombergk zu Vach, Henric Ludov: De origine atque
indole distinctionis factorum dotalium, in sim-
pliciter et mixtae utriusque recta interpretatione.
2. Pagenstecher, Adriaen Guilielmus: De servitute altius
loquendi. Programma, quo praedicationes aestivae indi-
cat.
3. Pagenstecher, Adriaen Guilielmus: De jure iustitiae.
4. Schroederus, Ludovicus Conradus: De principe imperii
citra testamentum de tutela filii sui disponente.
5. Surcaud, Tom. Julius: De jurisconsultis haereticis
Programma, quo praedicationes hybernae indicat.

1750

- 1^o Hombergk zu Vach, Henric Lud: De praescriptione
extinctiva cum interitus iurium per non usum
hanc comprehendenda.
2. Kapp, Conradus Philippus: De clausula, rebus sic stan-
tibus, secundum jus, cum naturalis, tum civile.

1750.

3. Plummer, Johannes Fredericus: *De retracta nec jure virili, nec causales, nec feudali Longobardico, nec denique jure recentiori introducto.*
4. Schröderus, Lud. Cuvr.: *An actio hypothecaria ad huc creditori adversus debitorem, prius possidentem, sit salva, postquam obligatio personalis fuerit jure praescriptionem extincta.* Programma, quo ad lectiones habendas invitatur.

1751.

1. Klen, Martinus Fredericus Wilhelmus: *De Augustissimi Imperatoris atque imperii Romano-Germanici primariis vasallis, imperatore atque Augusta.*
2. Schröderus, Lud. Cuvr.: *De stipulationibus quibusdam, ambrosii uadimonii adjecti solitis.* Programm, quo ad lectiones aestivas invitatur.
3. Lincand, Franc. Julius: *Frans Germanorum unigenitus in Indias prima fundamenta.*

1751.

4. Surland, Joannes Julius: De delictis carnis non nisi confessum esse condemnandum.
5. Wickh, Joannes Jacobus: De jure literarum Imp. Civitatum aspiranti et simultaneam re et correlatiivem in comitiis Imp. R. G. ex voto decisivos iuris competente fluentes.

1752

1. Jegen, Franciscus Rudolphus, de: Theses inauguralis.
2. Fleck, Joh. Jos: De eo, quod iustum est circa mandatarium fines mandati excedentem
3. Girstor, Joannes Valentinus: De perdue illione
4. Kahl, Ludovicus Martinus: De Lit. contestatione i' 2. Augusti Camerae Imperialis iudicio, Legibus S. J. R. G. tum antiquis tum modernis convenienter congruenterque attribenda.
5. Preuschen, Georg Ernst. Ludov: De Litigantium studio iudicis omniumque casuum prore occupandi eo praesertim, quod convocatur in conscribentis obsequio

afferen dicit pro occupationis libellis ne deduc
tionibus . . .

1752

6. Schroeter, Conradus hederum : Frenius non nisi
judicialiter SCo collegio vacante et officio
remunere, in tendi tunc

sed

und

ent





Vol. n. 5

1749, 2.

ANDREÆ GUILIELMI H. T. F.
PAGENSTECHER

U. J. D.

PROGRAMMA

DE

SERVITUTE ALTIUS
TOLLENDI

QUO

GENEROSISSIMIS NOBILISSI-
MISQUE ACADEMIÆ CIVIBUS

PUBLICAS PRIVATASQUE SUAS
PRÆLECTIONES ÆSTIVAS

PROXIME INCHOANDAS,

INDICAT.



ANDREAS GUILHELMUS
RACHSTADTER
PROGRAMM
SERVITIUS
TO
CENROSISSIMS MORISSI
MISQUACEDIMM CIVIVS
BULLIAT ET ATSOIT SUF
PREFLECTIONE SILLAS
PROXIMORONAND S
DIT S
LETIT S
S
S





Q B. F. F. F. S.



Non est alia Servitutum Species celebratior, non, quæ & præstantissimos Jutorum torserit magis, quam illa cujus verbo tantum meminit Justinianus, §. 2. *I. de Act. Servitute* nimirum *Altius tollendi*; Dari enim revera talem, renitente licet CL. MENCKENIO, Sp. Disp. merito tenemus:

Sed quomodo ea tandem finienda? Novissime, Illustri & meritis in rem literariam conspicuus Vir A. A. LEYSER *Med. ad Pand. Sp. 462. med. 13.* Postquam observaverat *libertatem illam Naturalem, qua quis ædes suas, si fieri posset, ad cælum usque extollere potest,*

A 2 Jure

Jure Romano in tantum restrictam esse, ut ne vicini inde detrimentum sentiant, & pristina ædificiorum forma egrediatur, indeque deduxerat, si quis non contentus vetere forma, ædes suas supra consuetam altitudinem tollere atque evehere vellet, cum debere sibi stipulari servitutem altius tollendi: tandem ex his servitutis hujus format definitionem talem; quod sit Jus ædes suas etiam cum incommodo Vicinorum ultra veterem formam & usitatam aliis altitudinem, extendendi.

Sed, quod salva summo huic Viro debita observantia dixerim, quemadmodum nemo non videt datam definitionem per omnia fere convenire cum decantatissima illa & tantum non protrita hujus servitutis definitione quam adoptat quoque VINNIUS *Comm. ad §. æque J. de A&E.* ita eodem, quo hæc, premitur, immo supprimitur dubio; videlicet, quod ita non servitus aliqua constituatur, sed ille, cui servitutem hanc deberi vult ILL. VIR in pristinum Naturalis libertatis statum restituatur; Utique enim in qualibet Servitute esse debet suppressio libertatis Naturalis per voluntariam plerumque remissionem; & proferetur adhuc servitutis species in Jure prodita atque diffinita quæ hoc assertum meum non liquido probet; & quid ergo causa est, cur recederemus ab hac regula in sola, sola, inquam, altius tollendi servitute.

Ædi.



Ædificare, etſi conſequenter noceatur Vicino, etiam ipſo licet Jure Romano; quid enim ſodes, ut ne diſerta proferam Juris Capita, aliud ſub reſeſſu habent, ſervitutes *ne alius ædes tollantur, ne luminibus officiantur*, & ſimiles, quam hoc, quod in meo ſolo ædificare poſſim etiam cum incommodo Vicini. Ipſa quoque Juris Naturalis dictamina non reclamant: quamvis enim præceptum illud de non lædendis aliis ex lumine quoque rationis cognoſcatur, proximique commoda quoquo modo poſſim promovere, ejuſque incommoda avertere debeam, tamen & amorem ſuimet ipſius ordinatum, & ſtudium, ſtatum ſuum proprium perfectiorem reddendi, recta ratio non commendat tantum ſed præcipit, atque ita quidem, ut, ſi aliter commodis meis ſervire nequeam quam cum incommodo proximi, aliorum amor ſemper proprio poſtponendus ſit. Fac ergo: *Ædes meæ mihi meisque amplius non ſufficiunt rebus niſi altius tollantur, inde vero officio luminibus Vicini, nemo negabit, me, non obſtante hoc Vicini incommodo, Jure tamen altius ædes meas tollere poſſe*: Eleganter CICERO 3. *Tuſc. Queſt.* “Ne optandum quidem in amicitia ut me ille plus quam ſe amet, ego illum plus quam me. Per-
turbatio Vitæ ſi ita ſit atque officiorum omnium conſe-
quetur.” Conferantur tamen omnino quæ PERILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIMUS DN. DE

CRAMER *Spec. Vro Us. Phil. Wolf. in Jure*, professa industria solide ut solet atque erudite disseruit,

Quod Romani libertate illa naturali abutentes se- vera lege non una coercuerunt, non tantum in favorem fecerunt Vicinorum, sed etiam ad nitorem Urbis promovendum; rem omnem ex Antiquitatibus eruditissime juxta & elegantissime illustratam dedit ILLUSTRIS ET AMPLISSIMUS DN. ESTOR *Academie Procancellarius Magnus*, in *Observationibus Variis de Altitudine Aedium Romanarum* &c. Uterque textus ad quem provocat LEYSERUS, scilicet, L. 11. § 24. π. *de serv. Pr. Urb.* non probat, quod probandum erat, Vicinum mihi licentiam impertiri posse ædificandi contra formam præscriptam, id quod ego, donec probatum fuerit, enixe negabo. Et speciatim *Lex* illa 24. a Viro Doctissimo allegata, non continet speciem quam insinuat, sed aliam plane, hanc scilicet, quod, si mihi competat Jus, si- ve servitus, habendi ædificium supra tuum ædificium, quod tum etiam in infinitum ædificare possim, dum ne peccem contra legem servitutis. Idque probant tum verba textus *ei Jus est*, quæ sunt ex vulgaribus formulis in servitutibus usitatis, vid. BRISSON. *de formulis Lib.* 6. p. m. 549. tum quam maxime finalia hæc: *dum inferiora ædificia non graviore servitute oneret quam pati debent.*

debent. scil. qui alteri Jus concessit supra suas ædes ædificandi, atque sic eas altius tollendi, voluit quidem Vicino utilitatem adferre, sibi tamen suisque ædibus damnum inferre voluisse non præsumitur; quod, ut est in remissione libertatis naturalis, ita quoque obtinet in remissione servitutis debitæ; quod Pomponius JCrus docet in *L. 21. §. b. t.* his verbis:

Si domus tua ædificiis meis utramque servitute^m deberet, & ne altius tolleretur & ut stillicidium^m ædificiorum meorum recipere deberet: & tibi concessero, jus esse invito me altius tollere ædificia^m tua: Quod ad stillicidium meum attinet, sic statui^m debebit, ut si altius sublatis ædificiis tuis stillicidia^m mea cadere in ea non possint, ea ratione altius tibi^m ædificare non liceat: si non impediatur stillicidia^m mea, liceat tibi altius tollere.^m

Utriusque vides textus apertissimum sensum, quod si tamen per Codices liceret, initialia citatæ *Legis 24.* verba obscuriora & parum coherentia cum reliquis, emendam, sicque textum constituerem.

Cui Jus est ædificium habere superius, ei Jus esse in infinitum supra suum ædificium imponere. Dum^m inferiora ædificia non graviore servitute oneretur quam pati debent:^m

Ut

Ut sic ex hoc ipso pateat textu quam conveniens sit Romano Juri data a P. M. Avo meo in *Sicilim. M. 3. n. 33.* hujus servitutis descriptio, quam & novissime Venerandus Parens meus DN. H. T. PAGENSTECHER Dissert. *evrad.* Disp. 3. p. 32. ab objectionibus Doctissimorum Virorum Strenue vindicavit. Adde, si tanti, quæ scripsi *Libro sing. de Jure Horreorum*, (qui nunc propediem prelo, sub quo dudum jam sudavit, liberabitur,) *Cap. 3. §. 8.*

Sed rem novam! scribit JUGLERUS in *notulis ad Illustris & Magnif. DN. ESTORIS prelaudatas laudatissimas observationes de Alt. Æd. Rom. &c.* quas, optimo exemplo, consuetudini latinæ tradidit, ad §. 16. Dn. Avum hanc suam deseruisse sententiam, his verbis:

„Pagenstecher. tamen ad Inst. tit. de servit. Aph 52.

„hanc deseruisse, & Voetii Carpzoviique sententiam

„esse sequutum, didici ex Mencken Dissert. sæpius

„citata p. 31. §. 12.

Sed vero, si propriis oculis inspexisset allegatum ex Aphorismis locum, & cum Sicilientorum laudato loco contulisset, profecto non ita temere, ne quid gravius dicam, in verba Magistri sui Jurasset Juglerus.

Statuit equidem p. m. Avus meus regulariter servitutum altius tollendi hanc esse: *si cum Vicino paciscar, ut patiatur me meis sumptibus meaque opera ædes suas altius*



altius tollere atque evehere in utilitatem mearum ædium: in regula scil. ut dixi, quo data descriptio conveniret cum *Natura* servitutum de qua in *L. 15. π. de servit.* sed nihil obfistere, si contrahentes pacisci velint, *ut ipse serviens suis sumtibus suaque opera, suas proprias ædes in utilitatem ædium Vicini, altius tollat*, id quod dixit in *Aphorismis all. l.* ut altero probet exemplo servitutes etiam de Jure Romano in faciendo consistere posse:

Hocine ergo mutare suam sententiam est? Appage affanias!

Audi porro ipsum p. m. Avum meum in *scil. d. l.*

Sed quid si pacto conveniam ut Vicinus ædes istas⁶⁶ sua opera suoque sumtu altius evehat? erit hoc contra naturam ordinariam servitutum *d. l. §. 1. de serv.* Non autem contra Substantiam *d. l. 6. §. 2. vers. nam in omnibus π. si serv. vindicetur.* Et si⁶⁶ ergo Bartoli & NB. Carpzovii, quos Schützius adducit *Comp. Laut. p. 136.* explicationem hæctenus⁶⁶ sequar (sequitur NB. eandem cum aliis & Nobiliss. Vætius ff. de S. P. U.) quod servitutum altius tollendi in eo statuatur quod Vicini ædes altius tollantur in usum nostrarum: in eo tamen ab iisdem dissentio, quod existimem, regulariter (nisi scil. aliter pactum conventum sit) Vicini ædes altius tolli a nobis, non ab ipso Vicino, nostris sumtibus non Vicini.⁶⁶ *κ. τ. λ.*

B

Quid



Quæ, quam apprime convenient cum iis quæ Dn. Avus in Aphorismis hac de servitute dixit, nemo, nisi præjudiciis occæcatus, non videt. Certissimum profecto argumentum quam vere dixerit SENECA *de Vit. Beat. Cap. I.* „Nihil magis præstandum esse, quam, ne pecorum ritu, sequamur antecedentium gregem, pergentes non quæ eundum est, sed qua itur.“ Hæc habebam præfari: & ecce nunc COMMILITONES HONORATISSIMI! vobis indicabo quas per instans semestre æstivum instituere animus sit B. c. D. Prælectiones.

Institutiones atque *Pandectas* tradam ad filium *Elementorum* CL. HEINECCIUM.

Volebam equidem antea ipsum seligere Institutionum textum, qui in multis Academiis, non sine commo etiam Juris Studioforum explicatur, sed mutavi consilium, ratus, nihil esse quod ad solidanda in Jure fundamenta faciat magis, quam si prima præprimis Juris elementa ex quodam brevitatis, perspicuitatisque palmam reliquis dubiam faciente compendio primis studio- rum Juridicorum annis addiscantur. Et quamvis facile largiar VIRO CLARISSIMO, qui novissimam quæ in Belgio prodiit *Aphorismorum p. m. Avi mei*, editionem, præfatione, in qua necessitatem ipsum *Institutionum contextum explicandi ostendere* conatur, ornavit, dicam an oneravit? *Frustra esse, qui spreto Institutionum contextu, ex solis sapere volunt compendiis*, tamen & illud, ut

ut puto, in oculos se ingerit, ipsa Juris fundamenta ex quodam compendio, quod ipsum Institutionum textum presso, quantum fieri potest, sequitur pede, facilius adisci posse; ut enim alia pratercam, quis *obligationum*, quis *successionis ab intestato novioris* materiam ex solo addiscet Institutionum textu? profecto ne fundamenta quidem harum materiarum in illo offenduntur. Fateor, possunt hæc à Docentibus suppleri: Sed dum ille, qui ipsum explicat textum fundamentorum defectum ex aliis supplet compendiis, alius, qui compendium explicat, ultra progreditur, & utilia æque superaddit. Observaciones illæ, quas longa serie recenset V. Cl. quasque non adeo commode ad Compendium quoddam quam quidem ad ipsum Institutionum Contextum inculcari posse, nobis persuadere conatur, saltem plurimæ earum, nescio, an non primis studii Juridici annis tutius à Juris studio negligantur: sicubi enim, certe sub initium studiorum. HERACLITI EPHESII VERBUM (vid. GELL. N. A. *Præf.*) curæ cordique habendum est; πολυμαθὴν νόον ἔδειξαι! Et, quod opportunum, ipse utique Justinianus statim in initio Institutionum §. 2. *de Inst. & Jur.*

Jura, *inquit*, populi Romani ita videntur posse⁶⁶ tradi commodissime, si primo levi ac simplici via,⁶⁶ post deinde Diligentissima atque exactissima Interpretatione singula tradantur. Alioqui si statim ab⁶⁶ initio rudem adhuc & infirmum animum studiosi⁶⁶



„multitudine NB. ac varietate rerum oneraverimus,
 „duorum alterum aut desertorem studiorum efficie-
 „mus, aut cum magno labore, saepe etiam cum dif-
 „fidentia, quæ plerumque Juvenes avertit serius ad
 „id perducemus, ad quod, leviori via ductus, sine
 „magno labore perduci potuisset!

Quod Imperatoris saluberrimum consilium an adeo fa-
 veat prædictis Observationibus V. Cl. Ipse & alii viderint.
 Ego enim hæc tantum *id est in præcedo.*

Offero quoque Collegium *Juris Naturalis* atque
Feudalis, prius ad HEINECCII *Elem. Jur. Nat.* posterius
 ad STRUVII *Compendium Juris Feudalis* Varia atque sele-
 cta *Juris Controversi* capita, quæ in *Lectio*nibus privatis ob-
 ruentis horæ angustissima spatia plena manu evolvi ne-
 queunt, publicis acroasibus exponam, & quovis octiduo
 diebus saturni, publice præprimis disputando denuo in-
 culcare conabor; neque iis qui vel alio quocunque mo-
 do in studio *Juridico* adjuvari cupiunt ullus deero.

Horas meis destinandas prælectionibus ad valvas Aca-
 demie publicas indicabo, easque seligam quas quam com-
 modissimas esse Exoptatissimis meis Auditoribus, resciero:

Quemadmodum enim vestris me studiis totum con-
 fecravi COMMILITONES HONORATISSIMI! ita Vobis
 quoque Vestrisque commodis tantum non singulis vaco
 horis.

Valere! Dab. Marpurgi in Cætris e Museo prid. Kal. April.
 MDCCXLIX.

Marburg, Diss., 1749/52

VD 18

nur Bd. 1, 4

TA-OL

f

ULB Halle 3
004 773 071







Vol. n. 5

287
1749, 2.

ANDREÆ GUIIELMI H. T. F.
PAGENSTECHER
U. J. D.
PROGRAMMA
DE
SERVITUTE ALTIUS
TOLLENDI
QUO
GENEROSISSIMIS NOBILISSI-
MISQUE ACADEMIÆ CIVIBUS
PUBLICAS PRIVATASQUE SUAS
PRÆLECTIONES ÆSTIVAS
PROXIME INCHOANDAS,
INDICAT.

